

adificia stravit.

DCCCCLXXXVIII.

Astatis feruor immanis, penè cunctos fructus consumpsit, mox grandis mortalitas hominum subsequuta est.

Siccitas
Pestis

DCCCCLXXXIX.

Cometae apparuerunt, quas pestilentia subsequuta est grandis hominum et iumentorum, et maxime bouum. Osedog quoque episcopus moritur, cui Aerdagus successit.

Cometae

Osedog
Aerdagus ep.

DCCCCXC.

Eclipsis solis facta est XII Kalend: Nouemb: hora quinta diei.

☉

DCCCCXCI.

Theophane

Hugo

Misica

Theophane imperatrix cum filio suo imperatore tertio Ottone paschale festum imperiali gloria apud Quedelingnensem peregit ciuitatem: Vbi etiam Marcio Tuscanorum Hugo, et dux Sclauenicus Misica, cum caeteris Europa primis ibidem confluentibus affuere, ad obsequium imperatorij honoris, quae quilibet preciosissima possederat, pro xenijs deferendo, quibus Misica alijsque quamplurimi honorifice donati, in patriam redigerunt. Hugo uero cum eadem imperatrice filioque suo quocunque regni uel imperando uel regendo proficiscuntur, famulando prosequitur, usque dum Momogon peruentum est. Ibi ergo dum quadam quasi compede totum sua ditione colligasset imperium, proh dolor, quod est miserabile dictu, immatura dissoluitur morte, XVII. Kal. Iulij: Indeque lugubri imperatoris filij, scilicet sui caeterorumque suorum fidelium comitatu euecta ad urbem defertur Agrippinam, inque ecclesia sancti Pantaleonis martyris, ut ipsa decreuerat, stipante episcoporum, monachorum, uirginumque coetu, astante etiam omni clero ac populo, ultimo flebiliter tumulatur honore. Eodem

Comenhe principu
Quedlingburgi.

Momogon

Theophane

Agrippina

Ercanbaldus
Biligrinus
Eriethuricus
Emnilda

anno Ercanbaldus, Biligrinus episcopi, Eriethuricus episcopus Saltburgensis obierunt Et Emnilda filia Brunonis. Mono.

A archi: